



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXV. Der Rath der Stadt Angermünde bezeugt, daß die Wittwe Hennings von Schönermark ihr Witthum im Dorfe Herzsprung dem Abte von Chorin aufgelassen habe, am 30. Juni 1335.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LXV. Der Rath der Stadt Angermünde bezeugt, daß die Wittwe Hennings von Schönemark ihr Witthum im Dorfe Herzprung dem Abte von Chorin aufgelassen habe,
am 30. Juni 1335.

Nos Consules Ciuitatis anghermundensis vniuersis presenciam visuris ac auditoris recognoscimus publice profitentes, et ad vniuersae posteritatis noticiam cupimus deuenire, Quod Relicta Henningi de Sconermark, dicta . . Beygherinne, in presenciam nostra constituta, proprio ex motu et voluntario rite et racionabiliter resignauit omnia bona, que nomine dotalicii in villa hertsprung possidebat et ex iure habere videbatur, integraliter et amice ad manus Domini abbatis, Reuerendi in cristo patris, et ad vtilitatem et perceptionem Ecelesie Corynenfis, adiciens eciam, quod non ex coactione cuiuscunque resignacionem fecerat prenarratam. Item ipsa fedus seu promissum iniuit coram nobis sub hac forma, Quod quandocunque fuerit requisita predicta bona beniuole debet et tenetur in presenciam Marchionis dicto domino abbati Corynenfi integraliter resignare. In cuius rei euidentis testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum angermund, Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o., in die commemoracionis Pauli apostoli gloriosi.

Nach dem Originale des R. Geh. Staatsarchives.

LXVI. Herzog Barnim von Pommern bestätigt dem Kloster Chorin die Zollfreiheit in den Pommerschen Landen, am 16. November 1335.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis Amen. Nos Barnym, dei gratia Stetinenfis Pomeranie, Slaue et Cassubie Dux, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in sempiterno saluatore. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod litteras illustrium principum ac Dominorum videlicet domini Barnym Ducis Stetinenfis, aui nostri, et domini Ottonis patris nostri karissimi, Ducis ejusdem, vidimus non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte vitiatas sed sigillis eorundem perfecte munitas, ob laudem et honorem omnipotentis Dei et gloriose virginis matris Marie ac ob salutem animarum omnium progenitorum nostrorum nostreque et puerorum nostrorum monasterio et dilectis nobis Abbati totique Conuentui in Chorin Cysterficiensis ordinis super libertate thelonei gratiose donatas. Nos vero progenitorum nostrorum donationem prout dignum est gratam et ratam habentes, ad petitiones abbatis et conuentus predicti monasterii, quorum nos orationum ac aliorum eorum bonorum operum participes esse cupimus, pefatam et indultam eis gratiam tanquam renouantes et donantes eandem litterarum nostrarum patrocinio duximus appropriandam et perpetuo confirmandam. Vnde statuimus, ut per omnem nostrum Ducatum domino Abbati et omnibus fratribus suis ad proprietatem Chorin pertinentibus, siue sint de curiis eorum siue de claustro, liberum sit emere et vendere, inducere et educere et sine omni exactione thelonei pro suis usibus et indigentis quoad victum et vestitum sibi necessaria quomodolibet comparare. Attentius precipientes tam Aduocatis et Officialibus quam aliis nostris hominibus vniuersis presentibus et futuris, Abbatem et totum Conuentum monasterii Chorin in suis negotiis semper